

Jaroslauus Archiepiscopus Gnesnen-
sis, Villam Laszczytowo dictam, ve-
cognoscit esse Episcopatus Cracovi-
ensis hereditariam.

164

Nos Jaroslauus Divina providentia
Sanctae Gnesnensis Ecclesiae Archiepisco-
pus, Universis quorum interest tenore
praesentium publice recognoscimus et
fatemur, quod villam dictam vulga-
riter Laszczytowo sitam in terra Craco-
vieni a Domino Petro pie memorato
olim Episcopo Cracoviensi obtinuimus, et
nunc ex favore et benivolentia Vene-
rabilis in Christo Fratris nostri Do-
mini Rodziantha Moderni Dite
Cracoviensis Ecclesiae Episcopi obtinemus.
Ita quod cum vocatione Divina ali-
quatenus ab hac luce, praefata Villa
Laszczytowo cum Omnibus Utilitati-
bus et Proventibus suis, prout nos
ipsi eam tenuimus ad mensam Epi-
scopalem cuius esse dignoscitur, ab-
que omni difficultate et contradic-
tione revertetur. In Cuius Rei testimo-
nium, sigillum nostrum praesentibus
est appensum. Datum in Kalis Feria
quarta infra Octavas Epiphaniae

Domini

Domini. Anno Nativitatis ejusdem
Millesimo Trecentesimo quinquagesi-
mo Septimo. Presentibus hominibus
Viris Dominis Ottone Preposito, Joan-
ne Decano. Kelerone Scholastico Que-
sniensibus, et aliis multis fidedignis.)